domīo qui feciſtis miſericor
diam hanc .ij. Regū .ij.

De benignitate dei.

Benignus eſt deus

Exorantibus pro alienis delictis.

Tolerātibus ⁊ habenis aſtrictis

Operātibus celi cenis aſcriptis

Decertantibꝰ ⁊ effrenis deuictis

Peccātibus ⁊ obſcenis delictis.

Egrotātibus morbi penis afflictis.

Enignus ē deꝰs orantibꝰ pro peccatoribus. Unde abrahā petenti a domino vt parceret zodomitis qui cū multa fiducia loquebatur ſemꝑ benigne reſpondit. ⁊ q̄uis abrahā viſus fuiſſet homi-

nibus importunus. dominꝰ ei quod petebat benigne conceſſit Geneſis. xviij. Dixit dominus moyſi. cerno ꝙ populus iſte dure ceruicis ſit. dimitte me vt iraſcatur furor meus ⁊ deleam eos Ecce dominus dicit. dimitte me q̄ſi benigne diceret. tu tenes me ꝓ eis orando Exo. xxxij. Similia dicebat iheremie orāti ꝓ populo quem volebat ꝓpter petā delere Ihere. vij. Benignus eſt deus tribulationem ſuſtinentibꝰ Ideo fugienti iacob eſau fratrem ſuum ⁊ reuertenti ipſum ꝓterijt ⁊ fratrem ꝓpiciū fecit Gene. xxxij. ⁊ xxxiij. Loquebatr̄ dominus moyſi vt amico. et ipſum a detractoribus liberauit Nume. xij. ⁊ xiiij. Helie āguſtiato benignitate dei corui panes ⁊ carnes deferebāt. iij. Regum. xvij. Eidem helie feſſo ⁊ tribulato deus panem ⁊ aquam per angelū deſtinauit. iij. Regum. xix. Cū azaria ⁊ ſocijs eius vidit nabuchodonoſor quartū filiū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

filio dei ad ꝓbandū ꝙ deus
ſemꝑ eſt cum tribulatis tri/
bulationem patiēter ſuſtinē
tibꝫ Danie.iij. Danieli exi/
ſtenti in lacu leonū deus be/
nigne miſit pulmentū ꝑ aba
cuc de longinquo. Danie.
xiiij. Diſcipulis xp̄i ex eius
receſſu tribulatis ſpm̄ ſanctū
ꝓmiſit. Johā.xiiij. et poſtea
dedit Act.ij. Petꝝ fluctuan
tem in mari dn̄s benigne de
fluctibus liberauit. Mathei
xiiij. Stephano poſito in tri
bulatione martirij dn̄s beni
gne celum apertum ꝛ ſeipſum
demōſtrauit. Act.vij. Johā
nes exiſtens in pathmos a
deo eſt multis reuelationibꝫ
cōſolatus. Apoca.ꝑ totum.
Suſanna exiſtens in maxi/
mis tribulatiōibꝫ ꝛ periculo
mortis deus eam miſericor
diter per danielem liberauit.
Dan̄.xiij. Latronē clamātē
in ſuis tribulatōibꝫ ꝯſola/
tus eſt dn̄s dicens. Hodie
mecū eris in paradiſo. Luce
xxiij. Jonā qui fuit degluti/
tus a piſce dn̄s benigniter li
berauit. Jone.ij. Ex his oī/
bus colligit benignitas dei
omnipotētis. Benignus
eſt deus iuſtis ꝛ bn̄ viuētibꝫ
Jō iacob qui benedixerat fi/
ducialiter dicebat. Non di/
mittā te niſi bn̄dixeris mihi
ꝛ benigne benedixit ei. Gen̄.
xxxij. Ezechias rex dixit. do
minus bonus ꝓpiciabit cū/
ctis qui ex toto corde exqui
rūt eum. ij. Para.iij. Miſit
dn̄s benigne angelū raphae
lem qui duxit thobiā incolu
mem atqꝫ reduxit. Thob.v.
ꝛ quaſi ꝑ totuz vſqꝫ ad.xij.
Mariā magdalenā pio opi
intendentē. diſcipulis mur/
murātibꝫ xp̄s pie excuſauit
Mathe.xxvj. Exaudiuit do
minus innocentē ſuſannā ꝛ
benigne eā ab iniuſtis ſenibꝫ
liberauit Dan̄.xiij. Diſcipu
los iuſtos tp̄e paſſiōis xp̄s
benigne defendit dicens Si
ergo me queritis ſinite hos
abire. Johā.xviij. Beni/
gnus eſt dn̄s ꝑliantibꝫ pro
iuſticia eos ꝯfortādo ꝛ adiu
uando. iō obediuit dn̄s voci

ioſue dicenti Sol contra ga
baon non mouearis Joſu.x.
Gedeoni dedit benigne bis ſi
gnum in vellere ꝙ de hoſtib9
victoriam obtineret Judic.
vij. Machabeus ꝛ qui cum
eo erant bis auxilium a deo
petierunt.ij. Machabeoꝝ.xj
Benignus eſt domin9 pec
catorib9 ꝛ ſpecialiter volenti/
bus penitere. Ideo benigne
pepercit dauid confitenti pec
catum cum a nathā extitit re
prehenſus.ij. Regum .xij.
Preparauit dominus piſcē
qui deglutiret ionam. q̄uis
iuſte ex inobedientia puniret̄
Jone.ij. Statim poſt vocati
onem mathei. chriſtus benig
ne cum peccatoribus mādu
cauit Luce.v. Mathei.ix.
Magdalene pie peccata pe/
percit ꝛ a murmuratōne pha
riſei ipſam defendit Luc.vij
Exemplum chriſti quod di/
xit de filio prodigo magnam
liberalitatem ꝛ benignitatem
ad peccatores oſtendit Luc.
xv. Publicanus zacheus q̄
chriſtum deſiderabat videre
benigne fuit a domino viſita
tus Luce.xix. Latroni peten
ti a chriſto ſui memoriam in
breui ꝓmiſit dare paradiſū
Luce.xxiij. Magna pietas
chriſti petrum ter negantem
non abiecit. ſed potius eum
benigne reſpexit Luce.xxij.
Thomā non credentem non
repulit. ſed ſe tangi ꝛ palpa
ri permiſit Johan.xx. Sau/
lum perſecutorem benigne ꝓ
ſtratum terruit cecauit ꝛ con
uertit Actuum.ix. Benig
nus eſt dn̄s debilib9 ꝛ infir/
mis eis ſanitatem reddendo
Nā circuibat iheſus ſanans
omnes lāguores ꝛ infirmita
tes Mat.iiij. ꝛ.ix. Leproſū
dicētem. domine ſi vis potes
me mundare. extendens ihe/
ſus manum tetigit ꝛ mūda/
uit Mathei.viij. A muliere
ſanguiflua ſcd'm legem im/
munda iheſus ſe tangi ꝑmi/
ſit eamq; ſanauit Math.ix.
De benignitate dei circa in
firmos quos curauit quere ī
multis locis euāgeliorum